

consuetudo pro lege non immerito custoditur, et hoc est Ius quod dicitur moribus constitutum, nam cum ipse leges nulla ex alia causa nos teneant quam quod iudicio populi recepte sunt, merito et ea, que sine villo scriptio populus probabit tenebunt omnes: nam quid interest suffragio populus voluntatem suam declaret an rebus ipsis et factis, facit et tex. in c.º Cum dilectus. De consuetu. et 9.º Certificari, De sepultu., cuius ratio est quod minime sunt mutanda, que diu certam interpretationem habuerunt, vt 1. Minime, ff. De leg. iterum quod consuetudines vsusque longevi / fol. 162/ non est leuis auctoritas, est melior tex. in prima Part.ª, tit.º II, l. 6.ª, en el molde, ibi dum dicit: Otrosi dezimos que la costumbre puede interpretar la ley.

III

CARTAS DE POBLACION DEL MONASTERIO DE MEIRA

El monasterio de Meira, en la provincia de Lugo, fué uno de los más importantes del movimiento cisterciense en Galicia, durante la Edad Media. Surgió, como los de Osera, Sobrado y Melón, en los primeros años del gran período de propagación del Cister por España, a consecuencia de la protección dispensada a esta orden por Alfonso VII. Parece ser fué su fundador el noble Alvaro Rodríguez, vasallo del emperador, de quien recibió el término de Meira. Su primer abad fué Vidal, llamado así (*primo illius abbati*) en un privilegio de dotación del monasterio, dado por Alfonso VII en 1154, diez años después, según Manrique, de la fundación. Salvo las páginas que le dedicó Manrique¹ y después las de Risco², la historia de Meira está sin hacer, pues se halla totalmente inédita la importante y numerosa documentación de este monasterio conservada en el Archivo Histórico Nacional³.

De gran interés para la historia jurídica y para el estudio de la repoblación hecha por el monasterio, son los once curiosos documentos que publico, otorgados por el abad Heimerico y su convento, en fechas comprendidas entre 1238 y 1262, a diversos grupos de personas para que poblasen heredades del monasterio. Villa-amil y Castro⁴ ha estudiado los caracteres típicos de esta clase de *cartas forales* que están en el camino de la evolución de las cartas-pueblas a los *foros* propiamente dichos. Estos caracteres aparecen también en estas cartas de Meira y comprenden, como dice el investigador gallego⁵: *dos obligaciones* impuestas a los pobladores

1 *Cisterciensium Annalium*, III, Lyon, 1649, págs. 28-29 y 150-151.

2 *Esp. Sagr.*, XLI, Madrid, 1798, págs. 30-34.

3 Se conservan 1.242 pergaminos, desde el s. X al a. 1742; 32 legajos de papeles y un Cartulario o Registro de escrituras, del s. XVIII, Cf. *Clero Secular y Regular. Inventario de procedencias*, Valladolid, 1924, pág. 50.

4 *Los Foros de Galicia en la Edad Media*, Madrid, 1884, págs. 40-60.

5 *Ibidem*, pág. 46.

(la del vasallaje y la de la paga del *foro*): tres privilegios (el de exención de satisfacer ciertos tributos, el de no recibir las visitas de determinados funcionarios y, el que es su inmediata consecuencia, de constituir concejo propio), y una *facultad* (la de poder los pobladores admitir otros en su compañía). Dentro de estas condiciones genéricas hay, como puede verse en los que publico, diversidad de matices y variantes, algunos de los cuales no aparecen recogidos en la obra de Villa-amil y Castro.

Se conservan los citados documentos en la Sección de Clero del Archivo Histórico Nacional; pergaminos de Santa María de Meira, legajos números 747 y 748, arm. 19, tab. 1. Y el Cartulario (que más bien tiene carácter de Registro, pues son pocos los docs. que se copian en él), en la misma Sección de dicho Archivo, códice n.º 1017.

En la transcripción, pongo entre corchetes lo suplido por mí, bien cuando la palabra ha sido omitida por el copista o cuando el pergamino está roto o borrado, sin hacer expresa diferenciación de ello, salvo en algún caso especial. He procurado identificar el mayor número posible de nombres de lugar, pero, dada la escasa cantidad de ellos, no se hacen referencias cuando se repite alguno.

EMILIO SÁEZ SÁNCHEZ.

I

1238, 18 de enero.

CARTA OTORGADA POR EL ABAD HEIMERICO Y EL CONVENTO DE MEIRA A VEINTE HOMBRES PARA QUE PUEBLEN TRABADA Y OTRAS HEREDADES.

Legajo 747. Pergamino muy estropeado, partido por ABC; mide 150 por 235 mm. Letra francesa.

Copia parcial en el *Cartulario*, fol. 214.

Nouerint uniuersi presentem paginam inspecturi, quod nos frater Heymericus, dictus abbas, et conuentus de Meyra, damus uiginti hominibus, hereditatem nostram, et posteris suis, que hereditas dicitur Villaris de Tabulaña ¹, et diuiditur per hos terminos, scilicet, per Mistas de Trapa ², et quomodo per bonos homines diuidetur inter nos et monasterium de Villanoua ³ et quomodo discurrit riuulus Sancti Stephani usque ad riuulum de Tabulaña ⁴; damus etiam vobis totam uocem hereditatis de Octeyra ⁵ que fuit de

1 Trabada, ayunt. y felig., (Sta. María), en la prov. de Lugo, part. jud. de Ribadeo.

2 Trapa, l. en la prov. de Lugo, ayunt. de Trabada y felig. de San Esteban de Fornea.

3 Se refiere al célebre monasterio benedictino de Villanueva de Lorenzana, fundado por el conde Santo, Osorio Gutiérrez.

4 Trabada, arroyo afluente de la orilla izquierda del Eo.

5 Puede ser Outeiro, l. en la prov. de Lugo, ayunt. y felig. de Trabada, o l. en la misma prov., ayunt. de Trabada y felig. de San Juan de Villaformán.

Villanoua, ubicumque iaceat intus uillam vel extra; et illam eciam quam comparauimus de domno Petro Didaci de Au[r]um¹, et hereditatem illam que iacet iusta aquam de Gradin, quomodo diuiditur de villa de Tabu[lata] usque ad caminum, et ipsum caminum uadit a dextris et a sinixtris. Totam igitur uocem nostram, quantam habemus vel habere debemus in istis predictis hereditatibus, damus istis uiginti populatoribus et successoribus suis, ut habeant [et] possideant eam semper pacifice et quiete, [tali] uidelicet pacto: Quod dent nobis annuatim quinque solidos monete terre in festo Sancti [Martini], et mediam talegam de ceuada, et unam regeysam de media talega per octauam [de bono] tritico vel scanla; et hanc regeysam debent dare in festo Omnium Sanctorum. Et [nos debemus habere] medieta-tem omnium uocum que ibi nacentur, et mittere ibi unum alcal[dem de concilio], et ipsi alterum, qui annuatim debent intrare et exire de bene placito utrius[que partium], per quorum manus debemus illicias istas accipere et ipsi fideliter dare. Filii uero eorum [qui uxores] duxerint et filie que maritos acceperint vel quicumque cum eis in ista hereditas nostra commorati fuerint, debent semper esse uassalli fideles abbatis et monasterii de Meyra, et debent monasterio dare annuatim mediam octauam de ceuada et unam regeysam et directuras nostras sicut supra scriptum est de aliis, exceptis tantummodo illis quinque solidis quos debent dare illi uiginti homines [cum uicinis] suis. Illi igitur uiginti populatores hec omnia promiserunt se fideli[ter adimplere]. Pars (?) autem que hoc pactum uiolauerit centum mo[rabe]tinos persoluat in penam. Hanc uero cartam debent alcaldes custodire et, cum fuerit necesse, concilio demonstrare. Et sciendum, quod unusquisque eorum uiginti hominum debent dare annuatim quinque solidos et regeysam et ceuadam. Facta carta sub era M^o. CC^o. LXX. VI^o. et quot XV. Kalendas Februarium.

II

1238, 29 de diciembre.

CARTA DE POBLACIÓN OTORGADA POR EL ABAD HEIMERICO Y EL CÓNVENTO DE MEIRA, CONCEDIENDO A VEINTISÉIS HOMBRES LAS HEREDADES DE SAN ESTEBAN, *Texedo y Monte Zandiu*.

L. 747. Pergamino algo estropeado, partido por ABC; de 205 por 155 mm. Letra francesa.

Ibidem. Pergamino rasgado, partido por ABC correspondiéndose con el anterior; de 210 por 170 mm. Letra francesa.

.. Copia del principio del documento, en el *Cartulario*, fol. 210 v.^o

Nouerint uniuersi presentem paginam inspecturi, quod nos frater H[eimERICUS], dictus abbas, et conuentus de Meyra, damus XX^{ti}. [et VI.

1 Lo que va entre corchetes está borrado en el ms.

hominibus] hereditatem nostram de Sancto Stephano¹, et de Texedo et de Monte Zandiu², quicquid ibi habemus uel habere debemus cum omnibus pertin[encijs] suis, uidelicet, per hos terminos, quomodo diuiditur per Mistas de Trapa, et quomodo uadit aqua de Texedo a Aluaron, et quomodo uadit per caminum usque ad Bustum Frigidum, et per Bicum de Timum, et per Cabanam, et per lumbum de Uargano, per coce de Arco, et per lacunar de Uilar Percibi, per riuulum de Tabula, et per aquam Sancti Stephani, ut habeant et possideant eam ipsi et filii eorum in perpetuum, tali modo: Ut dent nobis, annuatim, unusquisque eorum, IIII^{or}. solidos in festo Sancti Martini, mediam talegam de ceuada per octauam, et mediam talegam per octauam de bono tritico siue de scanla. Furtum, et aleuosiam, et rouso et fracturam camini diuidant per medium cum monasterio, si poterint excusare hominem regis, qui si forte intrauerit, leuet ius suum, et residuum diuidant inter se per medium concilium cum monasterio. Homicidium diuidant per medium. Alie uoces ut est fideiussoria, cautum, et illicie et uoces terre ita diuidantur, terciam partem habeat monasterium, et terciam concilium et terciam alcaldes; et istas uoces tirent alcaldes fideliter, et unicuique dent ius suum. Et nos debemus mittere unum alcaldem et illi alterum per quos debemus istas uoces et alias directuras nostras accipere, qui annuatim debent intrare et exire, et presentem cartam custodire [et] monasterio et concilio ostendere, cum fuerit necesse. Filii autem eorum qui uxores duxerint et filie que maritos acceperint, uel quicumque cum eis in ista hereditate commorati fuerint, debent semper esse uassalli fideles abbatibus et conuentus monasterii de Meyra, et debent monasterio dare annuatim mediam octauam de ceuada et mediam octauam de tritico uel de scanla et directuras nostras, sicut supra scriptum est de alijs, exceptis tantummodo illis IIII^{or}. solidos quos debent persoluere illi XX^{ti}. VI. homines cum uicinis suis. Et quicumque ibi fuerint commorati, sint uassalli monasterii obediens et fideles, et monasterium defendat et amet concilium ut melius potuerit. Et concilium sit liberum et quitum de luctuosam, et maniadigo, et de petito, et de mouicio, et goosa, et complendo concilium monasterio fideliter totum quod dicitur in hac carta, sit liberum et quitum ab omni alia uoce. Si uoluerint uendere, tali uendant hereditatem qui compleat totum istud et intret de uoluntate et assensu monasterii et concilii, et quicumque habuerit ibi hereditatem moretur in ea. Pars autem que hoc pactum infringere presumpserit uel quicumque sicut dictum est non compleuerit, aduerse parti C. morabitanos in penam persoluere debet. Era M^a. CC^a. LXX^aVI^a, et quot IIII^o. Kalendas Ianuarii.

1 San Esteban, l. en la prov. de Lugo, ayunt. y felig. de Santa Maria de Trabada.

2 Probablemente Monte, caserio en la prov. de Lugo, ayunt. de Trabada y felig. de San Julián de Sante.

III

1240, 20 de febrero.

EL ABAD HEIMERICO Y EL CONVENTO DE MEIRA, CONCEDEN A CIEN HOMBRES LAS HEREDADES DE *Villanova de Archay* Y DE ALBARE, PARA QUE LAS PUEBLEN.

L. 747. Pergamino algo borroso, de 140 por 330 mm. Letra francesa. Copia parcial en el *Cartulario*, fol. 161 v.^o-162 r.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod nos domnus Heymericus abbas et totus conventus de Meyra, damus hereditatem nostram de Uillanoua de Archay et de Aluare¹, centum hominibus, ad populandum² eam, per istos [terminos] determinatam, scilicet, per illum locum ubi iungitur aqua de Canizos ad illam que uenit de monasterio nouo, deinde quomodo uadit per ipsam sursum ad portum de Lauandeyra, et deinde per aquam ad lumbum de Archos, et uadit directe ad lagunam de Pedras, et uadit per ueream de Cornu de Fogras, et uadit directe ad Torrentes, et inde reuertitur per aquam de Couas deorsum, et exit inde et diuiditur per hereditatem Sancte Columbe³, et uadit ad riuum de Ferreyra⁴, et quomodo diuiditur per uillar Digondia et de Arduffi⁴. Damus inquam uobis, centum hominibus, totam predictam hereditatem, exceptis sexterciis seminaturas que sunt ecclesie, tali uidelicet pacto: Quod detis monasterio Sancte Marie de Meyra in quolibet anno centum morabitanos de foro, quinquaginta scilicet morabitanos in die Nathalis Domini et alios quinquaginta morabitanos in die Sancte Pasche, ita quod annuatim persoluatis in pace monasterio nostro centum morabitanos. Sint etiam omnes ibidem commorantes et hereditatem habentes uassalli monasterii nostri fideles usque in sempiternum, in ipsa uero populatione. Quia centum homines non sunt ibi modo presentes quousque peruenerint ad supradictum numerum completum, scilicet centum, quotquot ibi fuerint populatores plaças habentes, singulos morabitanos per prefatum forum annuatim nobis et monasterio predicto debent persoluere. Si autem populatores huius hereditatis secum uoluerint plures populatores mittere in placibus suis, per unum morabitanum et per istud forum, sint omnes liberi et quiti tam populatores quam secum in placibus suis admissi. Preterea,

1 Albare (Sta. María de), felig. en la prov. de Lugo, part. jud. de Mondoñedo y ayunt. de Pastoriza.

2 Santa Comba, felig. en la prov. de Lugo, part. jud. de Mondoñedo y ayuntamiento de Riotorto.

3 Probablemente será algún arroyo cerca de Ferreirabella (San Julián), felig. en la prov. de Lugo, part. jud. de Mondoñedo y ayunt. de Riotorto.

4 Aldurfe (San Pedro de), felig. en la prov. de Lugo, part. jud. de Mondoñedo y ayunt. de Riotorto.

in ipsa populatione debent esse duo alcaldes, unus per nos et alius per concilium, per quos cum duobus aliis bonis hominibus debemus nos semper habere nostrum iam dictum forum, medietatem in die Nathalis Domini et medietatem in die Sancto Pasche, et nostras alias directuras, uidelicet, quartam partem de furto, et de rousu et de aleyuosia, et medietatem de omicidio. Quandocumque ibi fuerint orto ista IIII^{or}. nos nostram partem per predictam (*sic*) debemus habere pacifice et quiete, et concilium suam partem predictam debet habere pacificè et quiete. Et nos iam dicti populatores presentes, concedimus et laudamus pro nobis et pro aliis populatoribus, totum quod dicitur in hac carta, et promittimus nos totum hoc semper fideliter seruadare (*sic*). Ita tamen quia reddendo uobis concilium annuatim forum prefatum et partem uestram illorum IIII^{or}. supradictorum, et viginti solidos pro uno plandio abbati predicti monasterii, simus nos semper et concilium liberi atque quiti. Et sciendum, quod predicti populatores debent esse semper uassalli predicti monasterii, dum in ea morati fuerint, et si inde uoluerint recedere, debent eam dare, uel uendere uel subpinorare talibus hominibus qui predictum forum faciant et eam moretur. Si uero populatores seruiciales uoluerint mittere in hereditate sua, seruiciales faciant predictum forum pro populatoribus, et per hoc sint liberi et quiti. Siquis autem de populatoribus uoluerint uel non potuerint predictum forum dare monasterio predicto, alcaldes cum aliis hominibus bonis predictis, cautum ponant in omnibus qui habuerint, et tollant portas de domibus eorum ut non intrent nec exeant quousque reddant suum predictum forum. Et alcaldes cum aliis hominibus reddant semper forum celarario de Meyra, uel cui iusserit abbas dare, in ecclesia Sancte Marie de Uillanoua de Archay. Et sciendum, quod illos quinquaginta morabitanos [quos] debent dari in Nathali, assignat eos dari domnus H[eimericus] abbas uestiario de Meyra in perpetuum. Hanc uero cartam debent seruare alcaldes de Uillanoua semper, et, quociens necesse fuerit, eam abbati, et conuentui, et concilio Uillenoue et populatoribus demonstrare. Et sciendum, quod semper in quolibet anno, in mense ianuarii, debemus, per supradictum forum, alcaldes mittere semper. Qui uero contra hoc forum et contra hanc cartam uenire presumpserit et uiolare temptauerit, iram Dei omnipotentis incurrat et parti alteri quingentos morabitanos in pena persoluat. Facta carta sub era M^a. CC^a. LXX^a. VIII et quot XI. Kalendas Marcii. Regnante rege domno Fernando in Castella in Legionem, in Toletum, in Corduba. Domno Roderico Gomez, tenente Monte Nigrum. Domno Martino, episcopo Mlindoniense. Qui presentes fuerunt, totus conuentus de Meyra.

[Eu] Domingo Martin, notario publico de Lourençaa, vi tal cart[ta de] suso dicta... (*borrado*), e a rrogo dos pobradores sobredictos en presen[cia fise] trasladar de ueruo a ueruo, e con mina mao [propia] en este traslado puge mea sinal en testimonio de [verdad] (*signo*)¹.

1 Esta cláusula, en letra y tinta distinta a la del texto del documento, está casi desvaída y por ello es difícilmente legible.

IV

1251, 18 de junio.

CARTA DE POBLACIÓN OTORGADA POR EL ABAD HEIMERICO Y EL CONVENTO DE MEIRA CONCEDIENDO A CINCUENTA Y SEIS HOMBRES LA MITAD DE LA VILA DE SAN TIRSO CON GOGÉ Y LOURIDO Y OTRAS HEREDADES.

L. 748. Pergamino partido por ABC, que mide sin el doblez 280 por 180 mm.; tiene pendiente una cinta de la que falta el sello. Letra francesa.

Copia parcial en el *Cartulario*, fols. 233 v^o-234 r.

Citado en el *Catálogo de la Colección de Fueros y Cartas-Pueblas de España*, publicado por la Real Academia de la Historia, Madrid, 1852, página 226.

Nouerint uniuersi presentem cartulam inspecturi, quod nos frater H[eimericus], dictus abbas de M[e]yra, ac totus eiusdem loci conuentus, damus L^aVI, populatoribus medietatem uille Sancti Tyrsi² cum Goge³ et cum Lauredo⁴, cum omnibus pertinenciis et directuris suis; excepta ecclesia cum omnibus pertinenciis et iuribus qui ad ipsam pertinere noscuntur, que omnia nobis salua remanere et sine alicuius dictorum populatorum contradictione. Damus insuper eis quantam hereditatem habemus et habere debemus in Sancto Andrea cum pertinenciis suis. Et tam istam quam supra[dictam] medietatem, damus ipsis et ipsorum generationi in perpetuum possidenda, tali uidelicet pacto: Quod ipsi et eorum posteris dent quolibet anno dicto monasterio singulas medias talegas cibate ad mensuram lucensem, et singulas gallinas et XX^{li}. VIII^{to}, [solidos] abbati monasterii pro collecta, et debent semper hec omnia solui a Sancto Martino usque ad kalendas ianuarias; insuper debent soluere annuatim ipsi monasterio singulos aureos a die uidelicet Pasche usque ad VIII^o. dies sequentes. Et ex istis populatoribus debent assumi VIII^o. autem VI boni homines annuatim, et debent a concilio abbati monasterii presentari, et ipsi unum eorum eligere in alcaldem, et ipse alcas debet esse liber et quitus, ab omni foro predicto. Et omnes predicti debent semper uassalli esse monasterii fideles et obediens. Et si aliquis ex istis L^aVI. hominibus in plaza sua habitare secum alium uoluerit, per unum morabetinum et per mediam talegam et per gallinam sint quiti singulariter. Et omnes qui ibi morati fuerint solutis monasterio predictis singulis morabetinis, qui morabetini sunt L^a.V^a., et alio foro supradicto, debent esse quiti per omnia a monasterio et immunes. Siquis autem predictorum populatorum forum prefatum non soluerit temporibus ponitis, resarciat expensas propter hoc factas monasterio. Et quicumque

2 San Tirso de Abres, felig. con ayunt. en la prov. de Oviedo, part. judicial de Castropol.

3 Goge, l. en la prov. de Oviedo, ayunt. y felig. de San Tirso de Abres.

4 Lourido, l. en la prov. de Oviedo, ayunt. y felig. de San Tirso de Abres.

dimiserit placiam suam, talem dimittat ibi qui compleat istud forum et sit uassallus monasterii, uel dimittat eam liberam. Maniaticum, luctuosam non quitat eis monasterium, et homicidium factum ab eis pro defensione uille in extranea persona. Illicie et omnes alie uoces debent tirari per maiordomum positum a monasterio cum iusticia alcaldis. Et quarta illiciarum et uocum debent esse ipsorum hominum, ita quod alcas habeat terciam illius quarte. Et si ipse alcas in facienda iusticia tam monasterio quam populatoribus, in tirandis illiciis et in aliis rebus fuerit negligens, maiordomus monasterii faciat hec omnia per se et concilium adiuuet illum. Sciendum insuper, quod nullus populorum uel ex parte ipsorum debent ibi querere uel habere ius hereditarium, nisi in predicto loco personaliter commoretur. Presentem uero cartam debet alcas bene et fideliter custodire, et eam tam monasterio quam concilio cum opus fuerit presentare. Facta carta era M^a. CC^a. LXXX^a. VIII^a. et quot XIII^o. Kalendas Iulii. Iohannes Pelagii, monachus de Meyra, hanc cartam scripsit de utriusque partis licencia et mandato. Vt autem hec carta maior firmitatis robur optineat, nos predictus abbas eam sigilli nostri munire roboramus.

V

1253, 5 de mayo, Meira.

EL ABAD HEIMERICO Y EL CONVENTO DE MEIRA, CONCEDEN PERPETUAMENTE A LOS HERMANOS PEDRO Y RODRIGO GONZÁLEZ Y A SUS DESCENDIENTES LA HEREDAD QUE POSEEN EN EL *vilar* LLAMADO *Naraeu*.

L. 748. Pergamino muy roto, de 205 por 125 mm. Letra francesa.

Era M^a. CC^a. LXXX^a. I^a. Notum si omnibus, quod nos ffrater H[eimericus], dictus abbas, et conuentus monasterii de Meyra, damus et concedimus im (*sic*) perpetuum uobis Petro Gudissalui et Roderico Gundissalui fratribus et toti generationi uestre, totam hereditatem nostram quam habemus et habere debemus in uillari qui dicitur Naraeu¹, tali uidelicet pacto: Quod detis inde nobis, annuatim, in festo Pasche, unum [morabetinum] monete usitate, et quod sitis uassalli monasterii fideles et boni. Si autem uassalli esse monasterii forte nolueritis, debe[tis] dare uicarium ydoneum qui moretur in ipsa hereditate, et persoluat monasterio supradicto predictum morabetinum et sit semper uassallus mon[asterii] fidelis et bonus. In aliis autem omnibus debetis uos uel uicarius uester tenere et sequi forum hominum nostrorum de Sancto Tyrso, excep[tum] non debetis dare gallinam nec zeuadam nec denarios pro collecta abbatis. Si uero euenerit quod uos nolitis uel non possitis [paga]re ea que supra scripta sunt, predicta hereditas per terminos suos ad monasterium deuoluatur pacifice et quiete

1 Acaso sea Narahio, pequeña aldea en la prov. de Lugo, lindando con la de Oviedo, cerca de Abres.

sine con[traditione] aliqua partis uestre. Sciendum insuper, quod uos debetis bene et fideliter recolligere ipsam hereditatem, et querere iura ipsa ubicumque potueritis inuenire. Hoc addito, quod ista predicta hereditas non commisceatur alii hereditati quam uos in loco prefato a nobis emistis. Nos Petrus Gundissalui et Rodericus Gundissalui firmum et ratum habemus totum quod dicitur in hac karta et promittimus nos implere. Et addimus quod idem debent facere filii nostri, scilicet, soluere morabetinum et esse uassalli monasterii, [uel si non fuerint debent dare alium pro eisdem... (*hay una palabra ilegible*)] qui sit uassalus monasterii¹, et compleat cetera que superius sunt expressa. Facta carta apud Meyram, III^o Nonas Maii.

Presentibus: Fernando Osorii, de Uilla Formay²

Fernando Uleremudi, de Uilla Formay.

Gundissaluo Pelagii, de Sancto Andrea. Munio Michaelis, de Sancto Tyrso.

P. Martini, monachus Meyre, qui notuit.

VI

1254, 28 de abril.

CARTA DE POBLACIÓN OTORGADA POR EL ABAD HEIMERICO Y EL CONVENTO DE MEIRA CONCEDIENDO A QUINCE HOMBRES LA HEREDAD DE *Vilar de Arcauy*.

L. 748. Pergamino muy estropeado y roto, que mide 225 por 220 mm. Letra francesa.

In Dei nomine, amen. Notum sit omnibus presentibus et ffuturis, quod nos [Heimericus] abbas et conuentus de Meyra, damus nostram hereditatem de Uilar de Arcauy quidecim hominibus populatoribus, totam diuisam per terminos, scilicet, per rium de Arcauy sicut discurrit et intrat ad fluuium Adecaniscis, et sicut exiit ad marca de Ameyxeneyras, et sicut diuidit de uilar de Gunde et de Ardulfe, per suos terminos; et medietatem de hereditate de marcis de Ameyxeneyris sursum sicut diuidit per pennam de Ferreyra, et descendit ad aqua de Ferreyra, et deinde sicut discurrit ad mestas de riuus de Cariis, et ascendit ad locum qui dicitur Dentabrum et uadit recte ad marem. Damus predictis eciam medietatem de ffruyta de Uillanoua de Arcauy, scilicet, de pomis et de piris de plantatum ad ffratribus facto, ad talem [fuerum: Quod] populatores istius [uille] sint uassalli fideles monasterii de Meyra et obedientes, et prebeant quinque solidos annuati abbati uel nuncio [monasterii] capitatum, et singulas medias talegas de ceuada; et debent dare istos denarios, eorum medietatem ad festum Natalis Domini et alteram medietatem ad Pasquam. Et per istud forum debent esse liberi uel quitti, nisi de quatuor uocibus nominatis, scilicet, homicidium, rousum, aleyuosiam, fur-

1 Interlineado.

2 Villaforman (San Juan de), felig. en la prov. de Lugo, part. jud. de Ribadeo y ayunt. de Trabada.

tum, de quibus debet concilium predictae uille habere medietatem et monasterium aliam medietatem. Et si homines de hac populatione ad defendendum istam uillam uel eius hereditatem et in eis, fecerint homicidium contra straneam partem domini alterius, non peccent homicidium et sint liberi ab eo et quiti. Et si aliquis de istis populatoribus secum uoluerint mittere in sua praza suos filios uel alios mittat, et debent esse uasalli fideles de Meyra et dare singulas medias talegas solummodo de ceuada, et per istam ceuadam sint liberi de omni alio foro et quiti, et debent habere suum alcaldem eiusdem uille. Et nos dominus abbas siue monasterium debemus uos etiam in ista hereditate et uestro foro ad directum conseruare. Et et (*sic*) predicti nos populatores promittimus semper in omnibus suas directuras fideliter monasterio Meyre bene parare. Tamen si aliquis, tam de parte monasterii quam de parte populatorum, hanc cartam presumpse[rit] concasare, pectet C^m. morabetinos alteri parti et regi; carta nichilominus in suo robore permanente. Et isti predicti populatores ad... (*borrado*) in hac populatione moraturi, quilibet predictae, si uoluerit uendant, donet, supinoret alicui qui hoc adimpleat fo[rum et] sit uasallus de monasterio de Meyra obediens et fidelis [placitum monasterii de Meyra]¹ suam prazam (*sic*). Qui presentes fuerunt testes idonei: Martinus Pela[gii], prestant (*sic*) de Uilla Noua, testis. Petrus Pelagii, de Fonte Mineo², iudex, testis. Dominicus Petri, milex, de Sancto Cosma³, testis. 1. Gauela de Baltar⁴, testis. I. Pelagii, monachus de Sancto Cosma, testis. A. Iohannis, monachus, testis. Domnus Petrus Petri, celerarius, testis et actor. In tempore regis A. Castelle et Legionis, R. Gomecii, baronis in Monte Nigro, R. magordomi maioris regis in honore Montis Nigri, I. episcopi Mindoniensis, H. abbatis monasterii. Facta carta in era M^a. CC^a. LXXX^a. II^a. et quot III^{or}. Kalendas May. Petrus Nuni, notarius meyrensis, hanc notauit et quod hec maiorem habeat firmitatem sigilli nostri munimine roboramus.

VII

1254, 3 de diciembre.

CARTA OTORGADA POR EL ABAD HEIMERICO Y EL CONVENTO DE MEIRA A CINCUENTA Y CUATRO POBLADORES DE GRANJA DE VILLARENTE.

L. 748. Pergamino de 275 por 395 mm. Letra cursiva de mediados del XIV.

Copia parcial en el *Cartulario*, fol. 433 r. y v.^o

1 Estas palabras están escritas en la margen derecha, y en el texto hay una llamada.

2 Fuenmiña o Fuentemiñana (San Salvador), felig. en la prov. de Lugo, partido jud. de Mondoñedo y ayunt. de Pastoriza.

3 Con el nombre de San Cosme encuentro dos lugares en la prov. de Lugo; uno del ayunt. de Castroverde, felig. de San Cosme de Barreiros, y otro, ayuntamiento de Tierrallana del Valle de Oro y felig. de Santa Cruz del Valle de Oro.

4 Baltar, l. en la prov. de Lugo, ayunt. de Pastoriza y felig. de San Pedro de Baltar.

Citado en el *Catálogo de la Colección de Fueros*, pág. 286.

Publicado por Hinojosa, *Documentos para la historia de las instituciones de León y de Castilla (Siglos X-XIII)*, Madrid, 1919, n.º XCIX, páginas 160-162.

Notum sit presentibus et futuris, quod nos Heimericus abbas et conuentus de Meyra, damus quinquaginta et quatuor hominibus hereditatem nostram de Grangia de Villarenti¹, sicut eam hodie nos posidemus, pacifice et quiete, cum introitibus suis et exitibus, cum arboribus et fructibus, montibus et pascuis, integre et sine aliqua diminucione, ut habeant eam ipsi et filii eorum et eorum generacio post eos in perpetuum posidenda, excepta ecclesia cum vna plaça et cum quarta alterius plaçe hereditatis et cum suis aliis directuris; et ipsa quarta plaça sit de illis L^a. et quatuor hominibus, et excepta domo ista de Tabulata, que fuit de ovibus, et vno celario cum area et ista cortina sicut per circuitum est diuisa sive clausa cum suo exitu ad antiquam; quam cortinam cum domibus supradictis retinuimus nobis, in qua faciamus domos nostras ubi habitet frater noster uel aliquis pro nobis qui coligat directuras nostras, tali videlicet pacto: Quod vos et illi qui post vos in voce istius hereditatis venerint, sint senper vasalli boni et fideles abbatis monasterii de Meyra et per vos habitetis eam atque laboretis. Et si aliquis istorum L^a. hominum ibi non morauerit, auonet plaçam suam de habere mobili quod valeat LX^a. solidos et mitat ibi talem hominem qui faciat foros et vicinitatem et sit vasallus fidelis monasterii; et si non fecerit, remaneat hereditas libera monasterio pacifica et quieta cum domibus suis. Et in quolibet anno, vnusquisque vestrum persoluat monasterio nostro singulos morabitinos, exceptis duobus alcaldibus et vno iudice, et singulas medias talegas de ceuata; de quibus morabitinis debetis nobis dare medietatem cum singulis mediis talegis de cebata in festo Sancti Martini, alteram vero medietatem morabitorum in die Pasche; et sic deinceps annuatim in istis terminis debetis facere istum forum. Et si plures homines morati fuerint ibi quam L^a. IIII^{or}. plaças non habuerint, debent esse vasalli boni et fideles monasterii et dare singulos solidos pro colecta abbatis annuatim et esse per hoc quiti de ceynso de foro. Et in festo Pasche debet cuncilium eligere de suo cuncilio septem homines bonos, que habet monasterii uel cui ipse iuserit presentare, de quibus ipse abbas elligat duos alcaldes et vnum iudicem; alii uero sint iurati. Et si concilium in eorum electione non potuerit conbenire, eligat eos abbas cum cunsilio bonorum hominum ipsius ville. Qui alcaldes debent bene et fideliter tirare predictum forum annuatim et alias directuras et dare illud abbati pacifice vel cui ipse [iuserit] in domo sua de Uillarenti. Et illas quatuor voces, scilicet, homicidium, aleivosiam, rousum, et furtum debent tirare, de quibus dare debent medietatem monasterio, alteram medietatem dare consilio, facta prius compositione con homine Regis, si nescesse fuerit. Si vero aliquis istorum populatorum reçedere voluerit, potest plaçam suam vendere vel donare tali

1 Villarente (San Juan), felig. en la prov. de Lugo, part. jud. de Mondoñedo y ayunt. de Abadin.

homini qui faciat foros integre et et (*sic*) in pace, et hoc cum voluntate abbatis et alcaldum. Preterea, nullus populaceter incauset predictam hereditatem aliquo modo, uel alienet eam monasterio, uel faciat vandum contra cuncilium uel vicinum uel contra monasterium cum aliquo extraneo, qui non sit de cuncilio. Quod si fecerit, perdat hereditatem et exeat de villa, si non se corexerit et emendauerit. Et si aliqua querimonia, tam de alcaldibus quam de aliquo homine cuncilii, ibi horta fuerit, quam alcaldes uel cuncilium noluerit uel non potuerit determinare, primo denunciatur abbati et cunuentui monasterii quam aliis merinis Regis. Et qui non fecerit, petet LX^a. solidos abbati et concilio et dapnum totum. Preterea quicumque fuerit populator istius populancie qui debent dare nuncium et maniatum, sit liber et quitus pro singulis sex denariis. Omnes uero alie uoces ponantur in mano duorum bonorum hominum de cuncilio. Et si ipsi boni homines mandauerint contra hoc, alcaldes nichil faciant excepta fideiuseria; quod, qui eam deuicerit, leuet de ea medietatem, et alcaldes et cuncilium alteram medietatem, exceptis quatuor supradictis uocibus de quibus monasterium debet habere medietatem et alcaldes et cuncilium alteram medietatem. Et sciendum, quod omnes uoces que remanent cuncilio, habeat cuncilium tres causas et alcaldes aliam causam. Si uero aliquis negauerit aliquam uocem quam fecerit, det fideiuserem et apareat coram iudice, et sicut iudes mandauerit faciat. Et notandum, quod nunquam debet esse comendator in populatione ista preter Dominum Deum et Regem. Et sciendum, quod cumplendo cuncilium totum istud quod dicitur in hac carta, debent esse liberi et quiti de alio foro et fezendeira monasterii. Hanc autem cartam debent custodire alcaldes et dare cuncilio et abbati quociens necesse fuerit. Et nos Alfonsus iudex et Petrus Iohannis de Piscal, dati a cuncilio ad faciendam cartam huius fori, pro nobis et pro toto cuncilio et pro tota generatione nostra, [quam] hac hereditate pro uoce nostra uenerit confirmamus istud et cuncedimus que in hac resonat, promittimus nos omnia fideliter impleturos et insuper promittimus monasterium et omnes causas monasterii fideliter amparare, amare, custodire. Et nos similiter abbas et cunuentus de Meira promittimus uos amare et pro uobis facere sicut homo debet facere pro bonis uasalis. Facta carta in era M^a. CC^a. XC^a. II^a. et quot III^o. Nonas Dezenber, tempore doni Alfonsi regis Castelle et Toleti et Legionensis et Galecie renantis. Doni R. Gomecii. Episcopis existentibus M. Lucensem et F. Mindoniensem. In quorum omnium certitudine, nos abbas de Meira, pro nobis et toto cunuento nostro, sigillum nostrum aponimus hec carte. Petrus notarius.

VIII

1255, 18 de octubre, Meira.

EL ABAD HEIMERICO Y EL CONVENTO DE MEIRA CONCEDEN A MIGUEL MARTÍN, A MARTÍN PELÁEZ Y A SUS DESCENDIENTES LA HEREDAD DE Trobonos.

L. 748. Pergamino partido por ABC, de 170 por 165 mm. Letra francesa.

Notum sit presentibus et futuris, quod nos H[eimericus] abbas et conuentus de Meyra, damus tibi Pelagio Fernandi et tibi Michaeli Martin et tibi Martino Pelaii ac aliis hominibus, si ibi uobiscum uiuere potuerint, et filiis et filiabus uestris et generationi uestre post uos, totam hereditatem nostram quam habemus in Trobonos¹ et habere debemus cum suis terminis nominatis, tali pacto: Quod sitis semper dum ibi uixeritis boni et fideles uassalli monasterii de Meyra, et monasterium defendat uos ad directum sicut bonos uassallos, et detis inde nobis annuatim, in die Sancti Martini, unusquisque uestrum, tres tres (*sic*) solidos et medio et singulas talegas de bono tritico et singulas de bona ceuata per talegam Villaris de Tabulata. Et si forte aliquis uestrum in plaza sua secum miserit filium aut filiam uel alium hominem, per hos denarios sit quitus et liber nisi tantum quod det triticum et ceuatam sicut unusquisque aliorum. Et per istud forum debetis esse liberi et quiti de luctuosa et de maniatico et mouicio. Si uero in ista hereditate uiuere nolueritis, et istud forum supradictum nobis facere renueritis, predictam hereditas debet nobis remanere pacifica et quieta. Si autem eam uendere uel dare alicui homini uolueritis, tali homini eam dare debetis qui sit uassallus noster et predictum forum nobis in pace faciat, et istud fiat consilio et mandato fratris qui de mandato nostro hauitauerit in Tabulata. Et si planctatum ibi feceritis liceat uobis uel alii homini de parte uestra quamuis alibi habitetis, medietatem fructus ipsius planctati pacifice habere, dum modo sitis monasterii nostri uassalli boni et fideles; si autem non fueritis uassalli nostri nichil debetis inde habere. Et si forte feceritis ibi uoces uel illicias, debetis uos habere medietatem earum et monasterium alteram medietatem, nisi tantum homicidium et uoces quas debent tirari per hominem regis. De ipsis autem uocibus de quibus uos debetis habere medietate debent tyrari per alcaldem ipsius loci, et si eas tirare noluerit per fratrem qui fuerit in Tabulata. Acta sunt hec apud Meyram, sub era M^o. CC^o. XC^o. III^o. et quot XV^o. Kalendas Nouembris, tempore domni A. regis Castelle et Toleti, Legionis et Gallecie. Qui presentes fuerunt: abbas et conuentus de Meyra, testes; Rodericus Fernandi... (*borrado*) de Tabulata, testis; Menendus Gundissalui, miles de Fonte Miney, testis; Garsias Sancier, miles, testis; Martinus Suerii, armiger, testis; Rodericus Petri, testis.

Michael Iohannis. Petrus Roderici not[uit].

¹ Probablemente Trobo (Sta. Maria), felig. en la prov. de Lugo, part. judicial y ayunt. de Fonsagrada.

IX

1262. 20 de marzo.

CARTA DE POBLACIÓN OTORGADA POR EL ABAD HEIMERICO Y EL CONVENTO DE MEIRA A LOS POBLADORES DE *Formariz*, *Gasalla*, *Lacuna de Susana*, *Lacuna de Iusana*, *Vimineyras* Y *PIPIN*.

A-L. 748. Pergamino roto, partido por ABC, que mide 275 por 315 milímetros. Letra francesa¹.

B-Ibidem. Pergamino en letra cursiva de mediados del XIV; mide 260 por 210 mm.

C-*Cartulario*, fols. 428 r.-429 r.

Citado en el *Catálogo de la Colección de Fueros*, pág. 96.

Publicado por Hinojosa, *ob. cit.*, n.º CV, págs. 171-173, (de C).

[Notum sit omni]bus presentibus et futuris, quod nos Heymericus abbas et conuentus Sancte Marie de Meyra damus hereditates nostras, quas [habemus et habere] debemus et hodie pacifice possidemus, videlicet, *Formariz*, *Gasalla*², *Lacuna de Susana*³, excepta hereditate ecclesie per suos terminos, [et *Lacuna de Ius*]ana, *Vimineyras*, *Pipin*⁴ cum omnibus iuribus et pertinentiis suis per circuitum, hominibus qui uenerint ad commorandum in predictis [hereditatibus et omni prog]enie sue usque in perpetuum, iure hereditario possidendas, tali pacto: Quod unusquisque hominum ibidem commorantium singulas plazas [habentium siue tenentium], det singulos morabetinos monasterio annuatim, medietatem, uidelicet, in festo Sancti Martini et alteram medietatem in Pasca, et singulas [medias thalagas de] ceuada et singulas gallinas et singuli tres dinarios, pro collecta abbatis, in festo Sancti Martini. Et si aliquis populator aliquem secum receperit in sua [plaza] ad commorandum, per hoc forum sit liber et quitus. Preterea, debent omnes, qui in predictis hereditatibus commorati fuerint, esse vassalli boni et fideles abbatis et monasterii supradicti, et monasterium debet eos pro posse defendere ad directum. Debent etiam esse pascua et ligna communia hominibus ibidem commorantibus in istis villaribus supradictis. [Et si] aliquis uoluerit uendere suam plazam, tali uendat qui possit facere istud forum supradictum et sit uassallus monasterii fidelis.

1 El texto está tomado de A, supliendo lo que falta de B.

2 Gasalla, l. en la prov. de Lugo, ayunt. de Pastoriza y felig. de San Juan de Lagoa.

3 Esta heredad o la siguiente pueden ser la actual población de San Juan de Lagoa, felig. en la prov. de Lugo, part. jud. de Mondoñedo y ayunt. de Pastoriza; también encuentro con el nombre de Susá otro l. en la prov. de Lugo, ayuntamiento de Pol y felig. de Sta. María de Valonga.

4 Pipin, l. en la prov. de Lugo, ayunt. de Villaodrid y felig. de Sta. María Magdalena de Judán.

et hoc fiat de [bene]placito populatoris ipsius ville uel cellararii monasterii. Et si quis suam plazam relinquerit quocumque modo, et per unum annum non pacauerit istud forum supradictum, per[d]at ipsam plazam et casam et populet eam monasterium in pace. Et sciendum, quod concilium debet eligere septem bonos homines de concilio, quos debet presentare abbati uel cui iusserit ipse, de quibus faciat abbas duos alcaldes et unum iudicem et III^{or}. iuratos; qui alcaldes et iudex debent esse quiti a foro communi. Et si concilium non fuerit concordatum in istis bonis hominibus, abbas cum consilio bonorum hominum concilii debet eligere quos uoluerit; qui alcaldes debent tirare forum annuatim bene et fideliter et alias directuras et dare pacifice abbati monasterii uel cui iusserit; qui alcaldes et iurati debent constitui annuatim in festo Pasce. Preterea, nullus populator incaute predictas hereditates aliquo modo, vel alienet eas monasterio, vel faciat vandum [contra] monasterium uel contra concilium seu vicinum cum aliquo extraneo, qui non sit de concilio; quod si fecerit, perdat hereditatem et exeat de villa, si non emendauerit ad mandatum abbatis et alcaldu[m] qui pro tempore fuerint. Preterea sciendum, quod complendo concilium totum istud quod dicitur in hac carta, debent esse liberi et quiti de alio toto foro, uidelicet, de nucio, de maninadigo et de luctuosa et mouicio et de tota alia fazendeyra et uocibus terre, exceptis uocibus Regis, de quibus facta prius compositione cum homine Regis habeat concilium tertiam partem et monasterium duas partes. Et si aliquis fecerit homicidium pro defensione ipsius populancie uel ipsius concilii, non pectet eum; et si eum aliter fecerit, adueniat se de eo cum abbate monasterii supradicti. Item sciendum est, quod si ferrum inuentum fuerit in aliqua plaza que seminata non fuerit alicuius, siue in monte uel in alio loco, possit ipsum ferrum tirare monasterium et habere in pace sine contradictione alicuius. Quod si aliquod damnum fecerit, debet monasterium corrigere ad mandatum duorum concilii hominum et clerici ecclesie. Et notandum, quod in P^oormariz debent esse duodecim plaze, et sex in Gasala, et septem in Lacunis, et sex in Vimineyras et tres in Pipin, quibus villaribus per aquas antiquitas sunt diuisi. Item notum, quod si nos populauerimus Marful¹ vel Gande seu illos villares super quibus contendimus cum hominibus de Villarente, debent se ambe populancie [man]dare per duos alcaldes et unum iudicem. Et istam cartam fori debent alcaldes fideliter custodire, et abbati monasterii et populatori et concilio quando necesse fuerit demonstrare. Facta carta era M^a. CCC^a. et quot XIII^o. Kalendas Aprilis, per manus Petri Roderici, monachi, qui hanc cartam scripsit de utriusque partis licentia et mandato.

1 Marful, l. en la prov. de Lugo, ayunt. de Pastoriza y felig. de San Juan de Lagoa.

X

1262, 19 de junio.

ACUERDO ENTRE EL ABAD Y EL CONVENTO DE MEIRA Y LOS HOMBRES DE ABELEDO POR EL QUE SE ESTABLECE QUE LOS PRIMEROS DEN A VEINTIDÓS DE LOS DICHS HOMBRES Y A SUS DESCENDIENTES, PARA POBLAR, *Bus de Rey*, *MARFUL*, *SANDE* Y *Lordoman*, EN LAS CONDICIONES QUE SE FIJAN.

L. 748. Pergamino muy borroso, difícilmente legible, de 290 por 260 milímetros. Letra cursiva del XIV.

Copia parcial en el *Cartulario*, fols. 429 v.^o-430 r.

Notum sit omnibus quid (*sic*) viderint istam cartam, quod cum contentio esset inter domnum Heymericum abbatem et conventum de Meyra ex vna parte, et homines de Avellanedo¹ ex altera, scilicet: Iohannem Facundi, et Iohannem Michaelis de... (*hay una palabra ilegible*), et Rodericum Suerii, et Saluatorem Petri, et Ferrandum Petri et Pelagium Petri, generum Pelagii Eriz, et Garsiam Suerii, et Pelagium Martiniz filium Martini Pelagii de Ecclesia² cum fratribus suis, et Petrum Amor, et Pelagium Iordanni, et Iohannem Aluum cum fratribus suis, et Rodericum Martini cum fratribus suis, et Martinum Petri Topete, et Petrum Martini, et Petrum Iohannis militem, et filios Petri Scudeyro, et alios qui faciebant demandam abbati et conventui de Meyra in montibus de Meda, et Iohannem Taioto, et Iohannem Pelagii filium Pelagii Tati, et filios Martini Suerii, et Ferrandum Suerii, et Marinam Iohannis filiam Iohanis Erit cum sua parte, et Pelagii Martini filium Ferrandus Martini cum fratribus suis, super Sandi³ et super Marfuli et super Lordomam, tandem ad talem pactum inter se convenerunt: Quod abbas et conventus de Meyra dedit viginti duobus hominibus, de istis cum quibus contendebant, et generationi sue in perpetuum, *Bus de Rey* cum suis terminis et quantum habebant et habere debebant in Marfuli et in Sandi et in Lordomam, per os terminos, scilicet, per portum de Riuo Sicco, et quomodo descendit ipsa aqua ad portum Sancti Andree et miscetur aque de Pipin, et exiit per ipsam aquam ad sauxum super positum de Idral, et per aquam de Idral quomodo exit recte ad petram de Petris Nigris, et per caput de rreguo Frontino, tali pacto: Quod dent inde anuatin abbati et conventuy de Meyra, unusquisque istorum populatorum, quatuor solidos pro fforo et vnum solidum pro uita, medietatem is festo Sancti Martini et aliam medietatem in festo Pascetis (*sic*); et per hoc de-

1 Abeledo (Sta. María de), felig. en la prov. de Lugo, part. jud. de Mondoñedo y ayunt. de Abadín.

2 Probablemente Iglesia, l. en la prov. de Lugo, ayunt. de Pastoriza y feligresía de San Juan de Lagoa.

3 Sande, l. en la prov. de Lugo, ayunt. de Pastoriza y felig. de San Juan de Lagoa.

bent esse liberi et quiti de tota alia fazendaria et de tota alia voce, excepta voce rregia de qua facta prius composicione cum homine regis, et debemus nos abbas et conventus habere duas partes et alcaldes et concilium terciam. Et si aliquis popullator uoluerit aliquem secum rrescipere in sua placam a[d] commorandum, sit liber et quitus per istud forum. Et nos iam dicti viginti duo popullatores adunamus et ponimus quantum habebamus et habere debebamus in Eygrigoaa et in Villa Bono¹ et in aliis locis supradictis, infra predictos terminos, cum istis hereditatibus predictis quas nobis dant abbas et conventus; et outorgamus facere istud forum predictum uoluntarie abbati et conventui predictis anuatim pro omnibus hereditatibus supradictis. Preterea, debent esse omnes qui in predictis locis commorati fuerint vasalli boni et fideles abbati[s] monasterii, et monasterium debet eos defendere bene et fideliter secundum posse ad directum. Debent eciam esse pascua comunia et lingna hominibus conmorantibus in predictis villaribus. Et si aliquis uoluerit vendere suam praçam uel dare, tali vendat vel det qui faciat istud forum predictum, et sit vasallus monasterii fidelis. Et si aliquis reliquerit suam placam, quocumque modo expectetur usque in duos annos, et concilium faciat forum pro eo monasterio per suam plaçam; quod si non uenerit, concilium popullent praçam; quod si distordauerit, de consilio cellerari monasterii popullent et popullator fiat de generatione predictorum. Et sciendum, quod isti popullator et una cum concilio de Lacuna debent eligere septem homines bonos anuatim de utroque concilio, de quibus abbas, uel cui ipse iusserit, faciat duos alcalldes et vnum iudicem et quatuor iuratos, qui omnes isti debent esse communes utroque popullancie; tamen debet esse vnum alcalldem de concilio de Marfuli semper. Qui alcaldes et iudex debent esse semper quiti de predicto foro, dum vices tenuerint. Et si aliquis istorum populatorum fecerit omicidium pro defensione ipsius popullancie uel vicini sui contra aliquem qui non sit de villa, non pectet eum; et si aliter eum fecerit, adueniat se [cum] abbate monasterii supradicti. Si autem concilium distordauerit in eleccione septem hominum predictorum, abbas cum consilio bonorum hominum debet eligere quos uoluerit et facere de eis sicut dictum est. Et alcalldes debent fidelerit istud forum predictum annuatim et dare illud in pace abbati uel cui ipse iusserit. Nos autem abbas et conuentus, rreseruamus nobis vnum domum et vnam praçam de istis predictis in Bus de Rey. Et sciendum, quod nullus populatorum debet incautare uel alienare istas hereditates predictas monasterio predicto, uel facere vandum contra vicinum cum aliquo qui non sit de ipsa villa. Preterea, non debet morari frater continue in istis villaribus predictis, sed debet habere abbas et conventus totas directuras fideliter per alcalldes ipsius ville. Debent autem istud forum custodire alcalldes, et demonstrare illud abbas et concilio quociens neccesse fuerit. Et vt hoc sit firmum et stabillum, fecimus inde fieri cartam inter nos per alphabetum diuisam, sub era M^a. CCC^a. et quot XIII^o. Kallendas Iulii. Regnante domno Alfon-

1 En el documento núm. XI aparece la forma *Villabona*. Probablemente debe ser San Julián de Villaboa, felig. en la prov. de Lugo, part. jud. de Ribadeo y ayuntamiento de Villaodrid.

so in Castella et in Legionē. Filio eius domno Alfonso. Tenente episcopato Mindoniense domno Munione. Qui presentes fuerunt: Petrus Iohannis, iudex Castri Regis¹, testis. Iohannes Petri et Petrus Dominici, de ipsa villa, testes. Petrus Martini, miles de Sancta Leocadia², testis. Lupus Velaschi, de Conlio (*sic*), testis. Iohannes Martini, de Riobono³, testis. Petrus Dominici et Iohannes Dominici de Sancta Leocadia. Iohannes Facundi de Avelanedo et Pelagius Petri de Canto Vicox (?)... (*roto*). [Et] ego Michael Iohannis, notarius publicus Castri Regis, de mandato utrarumque partium, notui et scripsi. Et ego frater Alfonsus, notarius, scripsi.

XI

1262, 19 de junio.

CARTA OTORGADA POR EL ABAD HEIMERICO Y EL CONVENTO DE MEIRA A LOS POBLADORES DE *Bus de Rey*, MARFUL, SANDE Y *Lordoman*⁴.

L. 748. Pergamino muy borroso, partido por ABC; mide 290 por 195 milímetros. Letra cursiva de mediados del XIV.

Copia parcial en el *Cartulario*, fol. 429 r. y v.º

Notum sit omnibus qui istam cartam viderint, quod nos Heimericus abbas et conuentus de Meyra, damus ad forum iure hereditario in perpetuum valituum uobis, scilicet, Iohanni Fernandi, et Iohanni Michaeli, et Roderico Sugerii, et Saluatori Petri, et Fernando Petri, et Pellagio Petri, generatio Pelagii; et Garsie Sugerii, et Pellagio Martini, filio Martin Pelagii de Ecclesia, cum fratribus suis; et Roderico Martini cum fratribus suis, et Martino Petri Topete, et Petro Martini, et Petro Iohannis milliti, et filio Petri Scudeyro, et omni generationi vestre, scilicet: Bus de Rey cum suis terminis, et quantum habere debemus in Marfuli, et in Sandi, et in Lordoman, per hoos terminos, scilicet, per portum de Riwo Sico, et quomodo descendit ipsa aqua ad portum Sancti Andree, et miscetur aqua de Pipin, et exit per ipsam aquam ad saxum super positum de Idral, et per aquam de Idral quomodo exit recte ad petram de Petris Nigris, et per caput de Riwo Frontino, tali pacto: Quod detis inde [uos] et generatio vestra, annuatim, nobis et nostris suscessoribus, vnusquisque vestrorum, quatuor solidos pro foro et vnum solidum pro vita, medietatem pro festo Sancti Martini et aliam medietatem pro festo Pasce; et per hoc debetis esse

1 Castro de Rey de Tierrallana, ayunt. en la prov. y part. jud. de Lugo.

2 Probablemente San Pedro de Santa Leocadia, felig. en la prov. y partido judicial de Lugo, ayunt. de Castro de Rey de Tierrallana.

3 Riobo, l. en la prov. de Lugo, ayunt. y felig. de Sta. Maria de Alta.

4 Esta carta está redactada casi literalmente, como las condiciones establecidas en el anterior acuerdo (núm. X), introduciendo no obstante algunas modificaciones y adiciones que podrá apreciar el lector.

liberi . . . quitus de tota fasenderia et de tota alia voce, excepta uoce regia, de qua facta prius conuencione cum homine Regis, uel si abbas et conuentus dicti monasterii aliquis uobis petuerint pro neccessitate. Et debemus nos abbas et conuentus habere duas partes, et alcaldes et concilium tertiam. Et si aliquis [ex uicinis] ¹ uoluerit aliquem secum recipere in suam placeam ad commorandum, sit liber et quitus per istud forum predictum. Et nos iam dicti populatores adunamus et ponimus quantum habebamus et habere debebamus in Ingligoa et in Villabona et in aliis locis supradictis, infra predictos terminos, con istis hereditatibus supradictis, quas nobis uos datis abbas et conuentus; et promittimus facere istud forum predictum annuatim abbati et conuentui predicti monasterii, pro omnibus hereditatibus supradictis. Preterea, debent esse omnes qui in predictis locis commorati fuerint, vassalli boni et fidelles abbatis et monasterii, et monasterium debet eos deffendere secundum posse ad directum. Et debent etiam esse pascua communia et ligna hominibus commorantibus in predictis villaribus. Et si aliquis uoluerit vendere suam placeam, inuitet primitus monasterium et si uoluerit emere emat, aliter det licentiam volenti vendere; et ille qui vendit uel vendiderit uel dederit, vendat uel det illi persone que faciat forum supradictum; et si aliter venditio uel donatio facta fuerit, nullius sit ualoris uel momenti, et sit vasallus predicti monasterii. Et sciendum, quod nullus istorum populatorum uel generatio eorum debet uiuere cum milite uel scutifero uel cum aliquo potente homine, uel mittere eis filios uel filias; et si aliquis oppositum fecerit, perdat suam placeam et quicquid in ea factum habuerit. Et si aliquis relinquerit suam placeam, quocumque modo, expectetur per vnum annum, et concilium faciat forum pro eo monasterio per suam placeam; et si non venerit, concilium populent placeam; et si distordauerit et non populauerit, abbas et monasterium ponat ibi populatorem qui soluat forum per totum, sicut dictum est. Et sciendum, quod isti populatores, vna cum concilio de Lacuna, debent eligere septem homines bonos annuatim de utroque concillio, de quibus abbas, uel cui ipse [iusserit, faciat] duos alcaldes et vnum iudicem et quatuor iuratos, qui omnes isti debent esse communes utroque populancie; tamen debet esse vnus alcaldis de concilio de Marfulli semper. Qui alcaldes et iudex debent esse quitus de predicto foro, dum vices tenuerit. Et si aliquis istorum populatorum fecerit homicidium, pro deffensione ipsius populancie uel vicini sui, contra aliquem qui non sit de villa, non pectet eum; et si aliter eum fecerit, adueniat se cum abbate et monasterio. Sy autem concilium distordauerit in electione istorum septem hominum, abbas, qui fuerit pro tempore, debet eligere quos uoluerit et facere de eis sicut dictum est. Et alcaldes debent tirare istud forum predictum annuatim et dare illud in pace abbati uel cui ipse iusserit, quod si non fecerint, ipso facto perdant officia et soluant cum aliis. Nos autem abbas et conuentus, reseruamus nobis vnum domum et vnam placeam de istis predictis in Bus de Rey. Et sciendum, quod nulus populatorum debet incautare uel alienare istas hereditates predictas mo-

1 En el ms. hay dos palabras sin sentido. Suplo del *Cartulario*.

nasterio predicto, uel facere vandum contra vicinum cum aliquo aliquo (*sic*) modo nisi de consensu abbatis, et si aliter fecerit que non valeat et perdat placeam suam. Preterea, predicti alcaldes debent populare [et] procurare omnia que ibi pertinent ad monasterium bene et fideliter sicut dictum est. Debent autem alcaldes istud forum custodire et illud, quando necesse fuerit, abbati et concilio demonstrare. Et ut hoc sit firmum et stabilem fecimus inde fieri cartam inter nos per alphabetum diuisam, sub era millesima trecentesima, et tertio decimo Kalendas Iulli. Regnante dompno Aldefonso [in Castilla et in Legione] ¹. Fi[li]o eius dompno Aldefonso. Tenente episcopato Mindoniense dompno Munione. Qui presentes fuerunt: Petrus Iohannis, iudex Castri Regis, testes; et Iohannis [Petri et Petrus Dominici], de ipsa villa, testes. Petrus Martini, miles, de Sancta Leocadia. Lupus Velasci de Concilio. Iohannis Martini de Ryobono. Petrus Dominici et Iohannis Dominici [de Sancta Leocadia. Iohannes] Facundi. Pelagius Petri de Canto. Et ego Michael Iohannis, notarius publicus Castri Regis, de mandato vtrarumque partium notari et scripsi. Et eg[ro] frater Alfonsus, notarius, scripsi. (*A continuación hay una cláusula de confirmación, casi ilegible, suscrita por el abad Fernando.*)

IV

ORDENANZAS DE LA ALJAMA DE ABANILLA

Abanilla es un pueblecito situado en el extremo oriental de la provincia de Murcia, lindando con la de Alicante. Las noticias que se conservan acerca de su historia son escasas. La carencia de ruinas y restos de la antigüedad permite suponer que fué fundada durante la Edad Media, y así, un historiador regional ² la identifica con la Angebala del tiempo de los árabes nombrada por el Nubense ³, fijando la fecha de su fundación a mediados del siglo XI. Al ser reconquistada Murcia por Jaime I, Alfonso X reservó para el régulo moro Abanilla, Val de Ricote y Fortuna ⁴, concediendo poco después la primera de dichas poblaciones a la Orden de Santiago, que la conservó hasta 1281 en que el mismo rey se la cambió

1 Esta parte del pergamino está rota. Suplo, entre corchetes, del documento número X.

2 Juan Lozano, *Bastitania y Contestania del Reyno de Murcia*, I, Murcia, Manuel Muñoz, 1794, págs. 130-132.

3 "Tum sequitur provincia Todemir ubi stant urbes Mola et Angebala" (Lozano, *loc. cit.*).

4 Merino Alvarez, *Geografía histórica del territorio de la actual provincia de Murcia, desde la reconquista por D. Jaime I de Aragón hasta la época presente*, Madrid, 1915, pág. 142.